

(1210) 1211, gener, 8

Arnau de Palera i la seva mare Saurina venen a Estefania de Palera i a la seva germana Maria, procuradores de la infermeria de Sant Daniel, dos masos situats a Beuda, indret de Noguera, per 440 sous.

ASD núm. 77, perg. orig., 245 x 170 mm.

Notum sit cunctis quod ego Arnallus de Paleria et mater mea Saurina, bona animo et libera uoluntate uendimus et cum hac presenti scriptura tradimus in presenti tibi Stephanie et sorori tue Marie de Paleria, sanctimonialibus monasterii Sancti Danielis necnon et procuratricibus infirmarie eiusdem laci ipsos nostros duos mansos quos habemus et tenemus et tenendo possidemus in parrochia Sancti Felicis de Belda, in laco qui dicitur Nugeria, quorum in una Petrus de Nogeria habitat, alter eget habitatore. Dictos siquidem mansos cum omnibus pertinenciis et tenedonibus suis et cum hominibus et feminis presentibus et futuris, solis et suprapositis, censibus et usaticis, agrariis eximentis (*sic*) et prouentibus, terris et uineis, cultis et heremis, exitibus et ingressibus, boschis et garricis et pasturis et lignariis et cum omnibus ad iamdictos mansos et homines eorumdem mansorum competentibus uel competituris et sicut melius dici uel intelligi potest, totum uendimus uobis predictis. Et est manifestum quod hos dictos mansos nos emimus a Raimundo de Latraria qui illos tenebat ad feudum per nos, quod feudum uertimur in alaudium et pro franco alaudio uendimus uobis dictis Stephanie et sorori tue Marie et procuratricibus infirmarie prephate amni tempore pro quatringentis quadraginta solidis monete barchinonensis, quos omnes numerando de manu ad manum de bonis iamdicte infirmarie bene et utiliter a uobis recognoscimus recepisse. Ne uero aliqua iuris subtilitate uel uerborum cauillacione¹ per nos aut per aliam personam contrauenire possimus in posterum, renunciamus ex certa sciencia amni auxilio iuris diuini et humani, scripti et non scripti et amni consuetudini et usatico, promittentes etiam officio dicte infirmarie bona fide quod hos dictos mansos faciamus pacifice tenere et habere et expletare et possidere amni tempore.

Actum est hoc .VI. idus ianuarii anno Incarnationis Christi .Mec. decimo.

Sig+num Arnalli de Paleria, qui hoc firmo et lauda, firmari- que rogo. Sig+num Saurina de Palera. Sig+num Petri de Sancta Maria. Sig+num Petri de Porta Aquaria. Sig+num Grimaldi de Fontecooperto.

Sig(s. *man.*)num Raimundi de Prato qui hoc scripsi. (s. *man.*) Bemardus de Sidniano, publicus scriptor Sancti Petri Bisulduni, subscrivo.

1. *Text: cauillacione.*

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 186-197